

Heinrich Müller


Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Müller/ Theol. D. & Prof. Ordinar. Ad Exequias, Quas Viro Spectatissimo & integerrimo Dn. Joachimo Wilden/ Civi hujus urbis primario, Bibliopolae, Aedisq[ue] Jacobaeae Praefecto fidelissimo, Marito suo desideratissimo Vidua moestissima paratura hodie est frequentia honestissima exornandas Cives Academicos sedulo serioque invitat P. P. Rostochii sub sigillo Rectoratus d. 1. Mart. Anno MDCLXX.

Rostochii: Kilius, [1670]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730443639>

Druck Freier  Zugang





F. C. - 1367¹ - 5.





RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HENRICUS

Müller /

Theol. D. & Prof. Ordinar.

Ad Exequias,

Quas

Viro Spectatissimo & integerrimo

DN.

JOACHIMO

Wilden /

Civi hujus urbis primario, Bibliopolæ,

Ædisq; Jacobæ Præfecto fidelissimo,

Marito suo desideratissimo

Vidua moestissima

paratura hodiè est

frequentia honestissima exornandas

CIVES ACADEMICOS sedulo

serioquè invitat

P.P. Rostochii sub sigillo Rectoratus d. 1. Mart. Anno MDCLXX.

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr.

Pl. 1367. 4

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOGENSIS
HENRICUS
Theol. D. & Prof. Ordinarius
**HORA NOVISSIMA: TEMPORA
PESSIMA: EVIGILEMUS!
ECCE MINACITER IMMINET
ARBITER ILLE SUPREMUS.**

KΥΠΙΕ ΕΛΕΥΣΟΝ!!



MEDIA VITA IN MORTE SUMUS. Ita olim cecinit Lutherus. Non tamen primus ille. Sed & ante illum vetustiorum ecclesie Doctorum permulti eandem cecinere cantilenam. Hinc Hieronymus in Esai. XL. *Per horarum momenta crescimus atque decrescimus, nec in eodem manemus statu.* Ipsum quoque, quod loquimur, dictamus & scribimus, de vita nostra parte prater volat. Hinc Augustinus lib. XIII. de C. D. c. 10. *Vita, inquit, humana est cursus velocissimus ad mortem.* Et lib. medit. c. 21. nescit, quomodo vitam nostram appellet, mortemne rectius an vitam? Non mortem, ait, quia est vita: non vitam, quia semper morimur. Vocat tandem *vitam mortalem*, vel *mortem vitalem*, vel *mixtam cum morte vitam*. Huc quoque faciunt Gregorii illa lib. VIII, Mor. c. 3. *Militia est vita hominis super terram, quia unusquisque, dum quotidie ad terminum vite per augmentum tendit temporum, augendo vitam vivere desinit. Sicut itinerantis gressus dum in anteriora proficit, quod restat iter, decrescit, sic vita nostra militia est, quæ, quò ad augmentum deducitur, eò, ut non sit, finitur.* Idem intellexisse gentiles, vel hocce nos docet, quod interroganti quid ageret, Alexis Poeta dedisse fertur responsum: *Pavlatim morior.* Quo cum ex asse consonat Seneca, *Dum crescit vita, inquit, decrescit, & hunc quem agimus diem cum morte dividimus.* Similis nimirum vita nostra est arenæ in horologio, quæ cum ultimum cadit granulum, non transisse dicitur, (jam tum enim ab initio transire coeperat) sed transitum suum finisse; similis candela, quæ accensa seipsam ardendo extinguit. Christianus tamen non minus rectè cecinerit, **MEDIA MORTE IN VITA SUMUS.** Non enim moritur ipse, qui Spiritum habet immortalem

talem, corpore autem mori non potest; moritur tantum, quã cum luctatur indies, miseria ipsius. Quod perpendens Ambrosius lib. de bono mortis, *Lucrum*, inquit, *est evasisse incrementa peccati, lucrum effugisse deteriora & ad meliora transisse. Transfitur autem à corruptione ad incorruptionem, à mortalitate ad immortalitatem; Non igitur te mortis nomen offendant, sed boni transitus bona delectent, Quid enim mors nisi vitiorum?* Quod etiam faciunt illa Joh. Albini in hymno funebri; *Sein Jammer / Trübsal und Elend / ist kommen zu einem seligen End / Er hat getragen Christi Joch / ist gestorben und lebet noch.* Utrumq; exactius pensitasse videtur JOACHIMUS noster WILDUS, cujus nobis tumulo hodiè commentandi materia, Nulla enim cantione magis ille delectatus est, quàm hæc, *Mitten wir im leben sind mit dem Tod umfangen / quã & ipsa in agone contra mortis sese confortavit aculeum.* Certè quod mediã ille in vitã mortis suæ nõ fuerit immemor, testantur quæ manu ipse sua hanc in rem consignavit verba: *Wann ich nach Gottes Willen sterben werde / so befehl ich meine Seele in Gottes Hände / in fester und gewisser Hoffnung / das ich bey der hochgelobten Dreyfaltigkeit ewig leben werde. Mein Leichentext sol seyn der schöne Gesang; Mitten wir im leben sind etc.* Quod verò etiam crediderit, ultimam resolutionem non mortem sibi futuram, sed vitæ januam, portamq; gloriæ, sublimis, quo horam decretoriam excepit, animus documento est. Non enim dubitavit Pauli illud effatum suum facere; *Mibi vivere Christus & mori lucrum*, h, e, ut præclare, pro more suo, explicat Chrysostomus; *Etiam moriendo non moriar, eò quod vitam habeo in meipso. Tum verò demum me occiderint, si per meum & terrorem animo meo fidem potuerint excutere; donec verò Christus in me fuerit, etiamsi mors ingruerit, vivam.* Ceterum non præter officium facturi videbimur, si, quod recepti apud nos moris est, *Optimi Viri vitam*, sic quasi in brevi tabella deline-

linea-

lineatam, nunc proponamus. Natus ille, ut rebus caducis aliquandiu interesset, qui nunc perennibus fruitur, in Ducatus hujus oppidulo *Wesenberg* Anno Chr. M. DC. I. circa ipsam *Rogation. Dominicam*, & mox regno cœlorum renatus atq; aquis saluificis expiatus est. Patrem habuit Virum honestissimum. **MATTHÆUM Wilden**/ Civem atque Cerevisiarium *Wesenbergensem*, Matrem **ANNAM Meerfagen**/ Matronam laudatissimam. Dato Sacramento nil quidquam in formando ritè & educando filio curæ Parentes pii remiserunt, & quod princeps negotium est, tùm ipsi ad probitatem morum voce exemploq; præiverunt viam, tùm per Præceptores, quæ illa atas erudiri solet, præcepta morum instillari accurârunt. Anno M. DC. XVI. missâ Patriâ, Pomeraniam, Marchionatum *Brandenburgensem*, Silesiam, & Lusatiam inferiorem lustravit, tandemque per triennium in *Gymnasio Bauzensi* sublitit. Hinc *Hallam* sese contulit & *Hallâ Magdeburgû*, donec An. M. DC. XXVII. dum suos visitatum in patriam remigraret, volentibus sic fatis, contigit ut huc ad Nos ablegaretur, suâq; **B. JOHANNI Hallerfordt** Bibliopolæ Civique honoratissimo, post Socero suo optatissimo, addiceret operam, cui etiam egregia in *Frisia orientali* & *occidentali*, *Batavia*, *Svecia*, *Livonia*, *Curlandia*, nec non *nundinis Lipsiensibus* Mœnoq; *Francofurtensib9* præstitit ministeria. Effecit ministri tùm fides tùm industria, ut anno M. DC. XLI. intorum ejus veniret *Heri filia*, **FLOS** ipse, tùm temporis optimarum *Virginum*, **HELENA HALLERVORDIA**, quæ Parentem ipsum fecit septem liberorum, **HELENÆ**, (ex quâ Anno M. DC. LIX. Nobilissimo & Consultissimo Viro, **DN. DETLEVO Marschman J. U. Doctori** & *Serenissimorum Ducum Mekleburgicorum* *Judicii Provincialis Advocato* solertissimo nuptum data nepotes duos vidit, neptem vè unam, quam tamen aliquot ante septimanas mors atra sustulit) **ANNÆ**, (sed quæ mortalium jam rebus exempta est) **JOHANNIS**

HANNIS (qui & ipse triumphos inter jam positus Angelicos)
 JOACHIMI, ELISABETÆ, MARIE, SOPHIÆ, quæ ulti-
 ma cœlo etiam, unde venerat, dudum reddita. Ceterum quia
 BEATUS noster excellentibus animi dotibus divinitus instru-
 ctus erat, non poterat non primario semper inter cives loco nu-
 merari, variisque ornari dignitatibus. Et incho quidem in
 Centumvirorum numerum cooptatus, mox verò etiam *Dominicæ*
Jacobæ Præfectus constitutus est. Quod utrumque officium
 per annos benè multos ita administravit, ut nec dexteritatis nec
 integritatis aut fidei quidquam in se desiderari passus sit. Præ-
 terea in omni etiam vita sua pietatem quam maximè testatam
 fecit, & qui christianorum *πατριάρχης* est, sincerum in Deum at-
 que proximum amorem. Cujus rei luculentissima, prout ex-
 tant, afferre licet documenta, devotam templi frequentatio-
 nem, precumq; assiduitatem, constantiam in adversis, prom-
 titudinem ergà egenos suæquè opis indigos, pacis studium,
 amorem veritatis & candoris. Quæ & alia per plurima in con-
 cione funebri, qui agonizanti stetit à latere Vir Reverendus
 & Præclarissimus, DN. M. HERMANNUS BECCERUS, Phys.
 Prof. Ordinar. & Diaconus Jacobæus eximiè merens indices,
 Collega pl. dilectus, exponet uberius. De morbi, quo decub-
 buit, tandemque decessit genere non est quod commentemur
 prolixius, siquidem id operæ in se suscepit qui unà cum Viro
 Excellentissimo DN. JOANNE BACMEISTERO, Medic. D.
 & Professore Celeberrimo, Collega honoratissimo, ægroto
 curando adhibitus Vir Amplissimus DN. JOH. JACOBUS
 DOBELIUS, Medic. itidem D. Prof. & Civitatis Physicus Cla-
 rissimus, Collega & ille atque compater colendus, cujus
 verba hæc sunt: *Correptus Beatus Noster est die sexto hujus men-*
sis, finitis, in Æde Jacobæa, sacris ante meridianis, inopinato quoque iam
frigore, horrorem mox, moxque calorem post se trahente. Adhibita
exemplò sudorifera sunt, & quicquid à se morbosum sufficeret domus sollici-
ta, nunc

tamunc desolata. Die VIII. circa vesperam vocatus ego, & Sym-
ptomum putridam adesse vidi, & eventum ejus lugubrem cum dolore
prævidi. Illus enim raro non hic sit feratior morbus; tanto tamen cer-
tius in præsens periculum videbatur minitari, quanto ab atase par-
tim optimi senis alienior, syndrome partim pessimorum. Symptoma-
tum stipitior esset. Cerneret ibi vires, ab initio jam, summè pro-
stratas, corpus totum grave, internè urens, externè non admodum
calidum, inquietum: tempora collapsa, capitis dolorem, sinuum so-
porosum, turbulensum, & continuam tamen in eum propensionem,
appetitum abolitum, tussim molestantem, creberrimum singultum: neq;
ulla cerneret: coctionis signa. Proponebantur equidem, imo & pro-
pinabantur, pro ratione temporis, quæ spem facere reconvalescentiæ
possent: ad fracta morbo Natura, nunc reprobabat, quæ victuriens
probaasset ex voto. Ita tandem nobis non nisi hac scribendi neces-
sitas est relicta. Etenim extincta penitus, die XIX. vitali flamma,
exire adens domicilio suo jubebatur, cælumq; repetere, unde venerat.
Sentiens ergò NOSTER vires paulatim majores induere mor-
bum, nihilque medicamentis, utut pretiosissimis, effici, ac-
cessit: curavit Confessionariū suum, cujus cum ministerio viati-
co cœlesti, præviā seriā peccatorum confessione, instructus
esset, totum sese Deo commisit, unicè in votis habens, dissolvi
& esse cum Christo. Præeuntem preces prædictum Dn. Con-
fessionarium & varias cantilenas sacras, inprimis hæc, JESU
der du meine Seele / etc. JESU meine Freude / etc. HERR
JESU Christ / wahr Mensch und Gott / etc. Mitten wir im
Leben sind / etc. non mente solum secutus NOSTER, sed manu
etiam extendens subinde brachia quasi amplexurus JESUM
suum, aliq; voce intonans: Ich halte ihn und wil ihn nicht
lassen. Atq; sic sensim marcescens in mortis vel vitæ potiùs
tandem d. 18. Febr. ille ruit amplexus non inlubens, ut qui di-
dicerat (quod Christianos discere omnino decet omnes) vitam
pati mortemque desiderare. Misereatur nostri DOMINUS,
ulterio-

ulterioresq; civium optimorum cladem clementer averrun-
 det! Misereatur viduæ desolatissimæ mœstissimorumq; libe-
 rorum, iisq; Mariti instar sit atque Parentis! Faxit ut recogitent
 SUUM, quem deplorant, MEDIA MORTE IN VITA ESSE,
 Certè, qui Christo vivit, mori non potest, aut, si mori dica-
 tur, lucrum ei mors est, quâ deponitur quod mori potest, in-
 duitur quod mori non potest, quâ ad ipsam Christi gloriam
 transitur, quâ pro peccato justitiam, pro labore requiem, pro
 militia pacem, pro fletu solatium, pro corruptibilitate incor-
 ruptibilitatem, pro mortalitate immortalitatem, pro ignomi-
 niam gloriam, pro miseria felicitatem, pro mortem vitam, quis-
 quis moritur, consequitur. Eleganter Cyprianus tract. de
 mort. *Cum ebari, quos diligimus, de seculo exeunt, GAUDENDUM
 POTIUS QUAM DOLENDUM. Cujus rei memor B. Apostolus di-
 cit; Mibi vivere Christus & mori lucrum. Lucrum maximum com-
 putans, jam seculi laqueis non teneri, jam nullis peccatis & vitis car-
 nis obnoxium fieri, exentum pressuris argentibus & venenatis Diaboli
 faucibus liberatum ad letitiam salutis aeternæ, Christo vocante, pro-
 ficisci.* Nostrum nunc fuerit, CIVES, Spectatissimo Viro
 promtissimas ire exequias. Quod ut frequentes faciatis, nos
 quidem sedulo hortamur, qui verò funus curant, impensè abs
 Vobis contendunt, gratiam hanc atque benivolentiam, datâ
 occasione, pro virili demerituri. Inter eundem meditamini
 istud Senecæ lib. XVII, ep. 102. *Omnis dies, omnis hora, quàm
 nihil firmus, ostendit: & aliquo exemplo recenti ad-
 monet fragilitatis oblitos: tum aeterna medi-
 tantes respicere cogit ad mortem.*

Conventus fiet hora dimid. secundâ in
 templo Jacobæo.



Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

F. Reppien.

vere, quæ, qualis anni forma: Non ju-
taxat anni pars est tempus vernum, quæ
ut vel præfens hic mensis testimonio
esse potest, sed & utilisima, cum flo-
cientibus de fructibus autumnalibus

*Si benè floruerint segetes, erit area d
Si benè floruerint vinea, Bacchu*

Sed querelarum desinentes supremis
noribus hoc exequiarum die velifica
ortum ex radice bona ductum, qui
flores vernos quædantenus videbim
ram per hunc obitum factam altiùs e

Natum accepimus in Borussia &
regio currentis seculi anno 43io, die
rentibus honestissimis & ibidem loci
Patrem quique Virum spectatæ fidei
GODOFREDUM BAACK,
torem ibidem non ultimæ notæ, M
nam edecumatæ virtutis ac probitat
NEIDMANNIAM habuit. P
cum CHRISTO & Ecclesiæ inser
tim pietatis (quæ sapientiæ initium
literarum initiis Parentes imbui curâ
læ tantum trivialis, quæ ibidem loci e
voluerunt, sed etiam Præceptores de
dem eruditissimos ipsi addiderunt, u
vatæ informationis conjunctione (qu
ditionem brevissima) scopum præfix
sequeretur. Jactis ita fundamentis

A 3

dun-
nnia,
ento
defi-
um.

i ho-
ræter
avit,
actu-
s.

dem
t, Pa-
imis.
Dn.

erca-
mini-
AM
istri-
sta-
rum

cho-
esse
qui-
pri-
eru-
con-
suo-
rum

